

NUMMUS TRIUMPHALIS
 PHILIPPI II. HISPANIARUM
 & Angliæ Regis : cufus post fuppreffam conju-
 rationem Anglicanam : Anno
 Chrifti 1554.



U M multâ Cardinalis Poli diligentia conelufum
 & ftabilitum effer inter Philippum Hispaniarum
 Regem , & Mariam Reginam Britaniæ , certis con-
 ditionibus , matrimonium , complures ex Proceri-
 bus graviter id ferentes ad eas remorandas nuptias
 animum adjecerunt. Summa initæ confpirationi-
 nis capita fuerunt Thomas Viatus : Henricus Suffol-
 cius : Petrus Carrus , præcipuæ authoritatis ac po-
 tentiæ viri. Carrus ad urbem Cornubiorum fe
 conferens , immaturè tumultuari cepit : fed à reginâ accerfitus in Gal-
 liam aufugit. Viatus confilia veritus fua aperiri , auxiliis amicorum ad-
 jutus repentè Londinum verfus iter capit : Maria , ne quid detrimenti
 urbs caperet , Suffolcium ad fe acciri jubet , quem rebus militaribus cum
 fummo præficere imperio : verùm regulus ille clandestina confilia dete-
 cta effe metuens , cum ducentis equitibus Londino egressus in regionem
 Varoichiam fe recipit , ibique pluribus auctus viribus ftudet aliqua muni-
 tione potiri. Sed irriti omnes hi conatus : fruftraneæ machinationes ,
 cum Regina urbium munionumque præfectos , ne illum admitterent ,
 per literas monuiffet , & Huntingtonium Comitem cum fatis validâ ma-
 nupeditum , equitumque contra eum miffet. Diffipatis , cæfisque co-
 ptiis hoftilibus hifce Suffolcius & Viatus hoftes Reipub. judicantur , ca-
 piuntur , ultimoque fupplicio unâ cum Joanna Graia Suffolcia ejusdem-
 que marito Northumbrij filio , afficiuntur : Elisabetha Reginæ foror ,
 quod & ipfa conjurationis rea diceretur , carceri mancipatur. In nummo
 Rex